



Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§.3. Qui alterum, aut alterium famam mordet, seipsum mordet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

mento esse ad veniam consequendam. Danda est quippe his venia, qui ex infirmitate, vel errore mentiuntur: qui data opera aperitè calumniantur, nulla veniam digni sunt, nec fide.

Gratian. Vnde falsos testes, ipso jure infames esse, ex **causa. 3.** Eusebio Papa docet Gratianus in hæc verba: **q. 5. ex** *Constituimus cum omnibus, qui nobiscum sunt* **Euseb.** *Episcopis, ut homicidae, malefici, fures, sacrilegi,* **Papa ep.** *raptiores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falsi. **3. ad Epi-***

scopos. *Thuscianæ.* *sum testimonium dixerunt, seu qui ad sortilegos diuinosq; concurrerunt, similesq; eorum, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi; quia infames sunt, & justè repellendi, quia est funesta vox eorum. Fit itaque infamis calumniator, qui alterum voluit infamare. Quid hoc aliud, quam pati, quod alteri parasti patiendum?*

§. III.

*Qui alterum, aut alterius famam mordet,
seipsum mordet.*

Tertiò illico calumnia ipsum verberat calumniatorem: quam diu enim apud ipsum est memoria calumniæ factæ, tam diu factæ conscientia illum mordet ac flagellat. Hoc **Prou. 10.** est, quod dicitur: *Sua vis est homini panis men-
17. dacij, & postea implebitur os eius calculo. Quem-
admo.*

admodum enim delectat hominem, se calumniando vindicare, aut alteri, cui adulatur, in gratiam commendare; ita scrupulus residet in eo (qui est velut *calculus in ore*) ut eum cruciet, dentesq; identidem offendat, quibus alterius bonam opinionem momordit. Quòd si quidam ita sunt cornei, ut nullum conscientiæ stimulū amplius sentiant, & sibi ipsis de calumnia plaudant; iam hoc ipso calumnia cæcitate plectit calumniatorem; quia mendacia si non habent, quem decipi-
S. Chrys.
in cap. 21.
Matth.
 ant, ipsa sibi mentiuntur, sicut ait Psal. Men-
 tita est iniquitas sibi. Quartò nulla calum-
 nia, apud alterum, tantum decerpit de lau-
 de, quantum ipsi adimit adulatori: discipu-
 lum enim, immò filium eum diaboli esse
 ostendit. Quomodo Deus Pater genuit Filium
 veritatem, sic diabolus lapsus genuit quasi filium
 mendacium, ait S. Augustinus. Vos ex patre
diabolo estis: & desideria patris vestri vultis fa-
cere, ait Veritas. Ille homicida erat ab initio, Ioan. 8
& in veritate non stetit: quia non est veritas in ⁴⁴
eo. cùm loquitur mendacium, ex proprijs loqui-
tur, quia mendax est, & pater eius, mendacijs
scilicet. At quid detestabilius est, quam esse
filium talis parentis? Talem autem se esse
ostendit, quisquis alteri calumniam impin-
git.

Dandi
 el er.
 tè ca.
 c fide.
 sse, ex
 erba:
 n fum
 rilegi,
 , cri.
 el fal.
 rilegos
 nulla.
 n sunt
 t'ers.
 aqua
 it in-
 quod
 dat,
 rat
 sum
 acta
 Hoc
 men-
 iem-
 mo-

git. Vtrum ergo magis infamat, alterum, se ipsum tali patre oriundum?

§. IV.

Mendacium occidit animam mentientis.

Quintò, si nec artificio mendacio, nu-

S Augu-
stini lib.
simplici verbo oportet quemquam decipere, qui
de cōfici. quomodolibet mentitur quis, occidit animam;

vit & virt. si David Deum compellans ait: Perdes om.
Et habe- nes, qui loquuntur mendacium; quantò magis

tur 22. q.
affliger calumniatorem? cui dixit: Non lo.
2. Nec ar- rific.

queris contra proximum tuum falsum testimo.
Psal. 5.20. nium? An non igitur æquissimum est, ut qui

Deuter. 5. 20. calumniam facit, calumniam vicissim pa.
tiatur, aut certè à justitia atque magistra.

tu ipse sibi perniciem accersat? Idcirco ta.
lem Deus olim legem posuit: Si steterit testimoniū

mendax contra hominem, accusans eum prava.
rificationis, stabunt ambo, quorum causa est, an-

te Dominum in conspectu sacerdotum, & judi.
cum, qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligen-

tissimè perscrutantes, inuenerint falsum testimoniū
dixisse contra fratrem suum mendacium: redi-

dent eisicut fratri suo facere cogitauit, & aufer.
res malum de medio tui: ut audientes ceteri ti-

morem habeant, & nequaquam talia audeant
facere. Non misereberis eius, sed animam pre-

anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,

manu.